

in Convocatione Electionis Præpositi Consilarii, qui illum in oneroso officio suis adjuvent consiliis. Facilius namque peragitur officium, quod duorum fuerit societate comprehensum. *Cassiodor. Lib. 12. variar. form. epist.*

STATUTUM IV.

De munere Præpositurali diligenter obeundo.

Quoniam omnium Actionum (ut inquit Patricius Lib. 5. tit. 20. de Regn.) sit Magistra diligentia, ac ea remota, omnia quasi veterino composita in tenebris jacent et in caligine delitescunt. *Jacob. Aleman. Consult. 8. quæst. princ. 2. fol. 66.* Ideo hoc statuto Clarissimum Præpositum Collegii pro tempore existentem obligatum haberi volumus ac eundem obligamus, ut pro munere suo quam maximam diligentiam circa vindicandos Census adhibeat, vindicatos alios ad Mensam, alios pro dismembrationibus et aliis necessitatibus juxta obloquentiam pietissimarum Foundationum tum pro solutione salariorum et septimanalium Familid domo converti, domum in omni honestate et decore, Familiam in rigore, conservari eamque de malo corrigi et ad bonum jux. can. Sicut ii. S. Neceffe. dist. 47. etiam per amotionem incitari, Collegium si reparatione aliqua indigeat, de eadem Clarissimum Procuratorem Universitatis ad quam de jure et antiqua Consuetudine reparatio hujusmodi spectat, aut si Clarissimus Procurator Universitatis in hoc fuerit tardus vel renitens ipsum Magnificum Dominum Rectorem pro tempore existentem tempestive, non expectando majorem deteriorationem rei reparandæ avitari, ac ea, quæ ad suum officium ex praxi et antiqua consuetudine spectare dignoscuntur, sine mora, quæ unicuique est nociva. c. Mora

153
ra. de Legul. Jur. in 6. exequi curet. Culpā enim horum ad-
scribendum est, qui negligentiores in suo officio fuerint re-
perti. l. Divus Marcus. ff. de offic. Præsid.

STATUTUM V.

De officio Præpositi usurpando vel non.

Quamvis vindicatio (ut ex immediato Statuto liquet) ad Clarissi-
mum Præpositum Domūs pro tempore existentem pertineat,
et nemo eius officium, utpote alienum usurpare debeat. c. Tu-
a nos. de Homicid. tamen si quis ex Dominis Consiliariis Do-
mūs, aut quivis alius de Collegio Professor, maxime in absen-
tia Domini Præpositi Domūs Census ad Collegium spectantem
perceperit et de percepto Suietationem suo vel nomine
Præpositi dederit, officium ejus usurpare non censetur,
quinimo illum in officio Præpositurali satis oneroso adju-
juare videtur; modo dictum Census totaliter Præposito
quamprimum venerit, restituat, aliās non debet esse sine
culpa; quia hoc casu se immiscuit rei ad se non perti-
nenti. c. Non est. de Reg. Juris. in 6. et l. Culpa est. ff. eod. tit.

STATUTUM VI.

De fideli proventuum Collegii inter Professores dismembratione.

Insistendo doctrinæ Gentium Doctoris Pauli 2. Timoth. 5. in can-
Svincunq. 12. q. 2. relatā: Dignum esse operarium mercede
sua. Statuimus et inviolabiliter observari volumus, ut uni-
cuiq; Professore tam præsentis, quàm à Convocatione absen-
ti etiam post cesum vel decessum ejusdem, proventus eundem
de Collegio et Professione tempore actualis laboris et residen-
tiæ